



1640, 2
14

J. C. B.
DISPUTATIO JURIDICA 3
PRIMA
De.
CARCERIBUS,

Quam

Autoritate atq; permissu

Magnifici Dn. Ordinarii, amplif-

simi Dn. Senioris, nec non reliquorum Consultissi-
morum ac Clarissimorum inclutæ Facultatis Juri-
dicæ Adsefforum,

in alma

LIPSIENSIIUM UNIVERSITATE

Pro loco in eadem Academia & Facultate consequen-
do publicæ disquisitioni subicit

JOHANNES PHILIPPI, D. J. U.

In auditorio Collegii Paulini,

Ad

diem VI. Februarii

Horis, pro more, ante- & pomeridianis,

ANNO clō lōc XL.

Typis Hæredum FRIDERICI LANCKISCH.

J. C. B.
DISPUTATIO JURIDICA
PRIMA

DE
CARRERIBUS

MAGNIFICENTISSIMO ORDINE IMPERIALI
MAGNIFICENTISSIMO SENATU
MAGNIFICENTISSIMO ACADEMICO

JOHANNES PHILIPPUS D. J. U.
MAGNIFICENTISSIMO SENATU
MAGNIFICENTISSIMO ACADEMICO



I. C. B.

DE CARCERIBUS.

THESIS I.



Arce, dictus quasi coarceat à coërcendo, ne ho-
 mines exeant, *Varro 4. de Ling. Lat. Servius ad lib. 1. & 5.*
Aeneid. P. Gregor. Syntag. Jur. lib. 31 c. 31. n. 1. (Diff. Bald.
tr. de Carcerib. n. 3) Est locus, in quo debitores aut delin-
 quentes à Magistratu custodiuntur & asseruantur, ne effugiant; vel
 coërcentur & ad meliorem vitam emendantur. (Aliter Bald. diel. tr. n.
 2. quem seqr P. Gregor. d. c. 33. n. 6. & Matth. Coler. de process. execut.
 p. 1. c. 6 n. 5. Aliter Farinac. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 1. & 2. Vulci. 2. Jurispr.
 27 in fin. Justus Mejerus Colleg. argent. lib. 48. tit. 3. n. 2.)

Definit.º

1. Nominis.

2. Rei.

II. Hæc, suggerens materiam totius Disputationis, *Sebast. Me-*
dic. tr. de defn. in proæm. Everhard. in topic. loc. à defnit. 3. pr. Constat
 (1) causa Efficiente. (2.) Objecto. (3.) Fine. *qva constat*
causis.

III. Causa Carceris Efficiens est (1.) Primaria. (2.) Secundaria, I. Efficiente
 vid. Impulsiva.

IV. Primaria Carceris causa est *Magistratus*, ut cui potestas in-
 carcerandi competit. *l. in jus vocari. 2. ibi: Jubere in Carcerem duci.*
ff. de in jus vocand. *tum*
Primaria.

V. Eiq; (1) Competenti. *Churf. S. P. vnd B. O. tit. 32. §. So ver-*
ordnen wir. ibi: bey den Bertebren darunter der debtor angeschlossen oder
anzutreffen &c. Incompetens enim, qui extra territorium suum vel su-
 pra Jurisdictionem suam Jus dicit, pro privato habetur. *l. Praeses. 3 ff.*
de Offic. Præsid. Unde Carceratio ab eo decreta nulla & invalida re-
 putatur *Farinac. prax. Crim. lib. 1 tit. 4 q. 27 n. 4. Berlich p. 2. concl. 28.*
n. 51. Siq; quis delinquens de facto in alieno territorio ab incompe-
 tenti captus sit, ante omnia relaxandus in pristinumq; statum po-
 nendus est, quasi spoliatus naturali libertate. *Gomez Var. Resolut.*
1701. 3. c. 9. Nisi (1.) inter Principes aliud convenerit. *Cavalcan. de*

A 2

Brach.



Brach. Regio p. 2. n. 41. vel (2.) Eo tantum sine, ut remittatur; *Farinac. dict. q. 27. n. 5.* Quod de *J. Civ.* Si Judex delicti gravioris petat, est necessitatis. *l. desertorem. 3 ff. de re milit. l. sicui 7. §. idem Imperator. 4. & fin ff. de accusat. Nov. 134. c. 5.* Ex rationibus in *l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn. & Nov. 69. cap. 1.* De Consuetudine hodierna honestatis & Urbanitatis. *Covarruv. pract. quest. 11. n. 3. & seqq. VVesemb. in Paratit. ff. de Pœn. n. 7. & 8. Bacchov. ad Treutl. vol. 1. disp. 3. tb. 8. Lit. E. in verb.* Ad hunc ipsam Judicem.

VI. (2.) Habenti de *J. Civ.* (1.) *Imperium merum*, in causis Criminalibus. *arg. l. Divus Pius. 3. ibi;* hanc ipsam carceris pœnam ante supplicium sustinere. *ff. de custod. & exhib. reor. l. nemo. 2. ibi;* Carcer pœnalia, carcer hominum noxiorum est. *C. de Exact. Tribut. (2.) Imperium Mixtum* in civilibus *l. in jus vocari. 2. pr ff. de in jus vocan. l. ult. §. 1. ff. de Off. ei. cui. mand. Obrecht. de Jurisdic. c. 7. n. 26. Bocer. de Jurisdic. c. 5. n. 14. Bacchov. in not. ad Treutl. v. 1. disp. 3. tb. 4. lit. D. in verb. incarcerationem. Cavalcan. de Brach. Regio p. 2. n. 1. P. Gregor. Syntagm. Jur. Univ. lib. 31. c. 33. n. 21. (Diss. Scipio Gentil. de Jurisd. lib. 1. c. 13. Farin. d. q. 27. n. 6 & 7. Treutl. d. tb. 4. lit. D.) De *J. Sax. Altam. in Criminalib. Bassam Jurisdic. in civilibus, per tradita Carpz. Prax. Crim. p. 3. q. 109. n. 29.**

VII. (3.) *Soli, l. fin. ibi;* neminem in iudicio exhibendum esse, nisi de^o cujus exhibitione Judex pronunciaverit. *C. de Exhib. Reor. l. fin. ibi;* Neminem oportere injici Custodiæ absq; jussione magnorum Magistratum aut locorum defensorum. *C. de custod. Reor.*

VIII. *Non Privato. it. C. de Privat. Carc. & l. 1. C. de Cohortalib.* per rationem in *l. extat 13. ff. quod. met. ca. l. non est. 107. pr. ff. de R. l. P. Gregor. d. c. 33. n. 2. Bald. tr. de Carcer. c. 2. n. 4. Farinac. d. q. 27. n. 8. Dan. Moller. ad Const. Elect. p. 2. c. 21. n. 7. Coler. de Process. Exec. p. 1. c. 3. n. 115. Qui aliàs *Crimen Privati Carceris* incurreret, juxta *l. 1. C. de Privat. Carc. & l. 1. C. de Cohortal. Bald. tr. de Carcer. c. 2. n. 4.* Ut ut (1.) hominem non in carcere inclusum, sed alio quocunq; modo retineat, quo recedere non possit. *arg. l. succurritur. 9. ff. Ex quib. ca. maj Farin. d. q. 27. n. 11. P. Theodor. Colleg. Crim. Disp. 5. tb. 4. lit. H.* Aut (2.) debitor pacto ad privatos Creditoris Carceres, etiam Jurato (Diss. Bald. tr. de*

Car

Carcer. d. n. 4. Ne obligaverit per rationes in *l. privatorum. 3. C. de Jurisdic. l. Jurisprudantium 7. §. ait Praetor. 7. §. §. & generaliter. 16. ff. de pact. l. non dubium. 5. C. de LL. text. in Nov. Aug. p. 2. c. 31 pr. ibi: daß dem gläubiger das anhalten oder gehorsam legen nicht vor sich allein gestattet / es were sonst privatus Carcer. *Farin. d. q. 27. n. 20. Coler. de process. Exec. p. r. c. 6. n. 12. & seqq. & n. 48. & seqq. Moller. & Rosa ad d. c. 31. n. 7. P. Theodor. d. tit. H.**

IX. Nisi (1.) *Patri & Praeceptor*, correctionis causa filium aus Discipulum in Camera vel Carcere detinenti. arg. *l. quod & 3. §. 1. & 2. ff. de hom. liber. exhib. l. si filius. 3.* ibi: castigare jure patriæ potestatis non prohiberis, & *l. congruentius. 4. C. de Patr. potest. Bald. d. c. 2. n. 4. Farin. d. q. 27. n. 25. Andr. Alciat. de presunt. reg. 1. presunt. 3. n. 2. & seq. pag. m. 49. Mejer. Colleg. Argent. lib. 48. tit. 3. n. 7. P. Theodor. Coll. Crim. disp. 5. tb. 4. lit. H.* Etiam si filius esset Clericus. *Bald. d. c. 12. n. 4.* si modò non sit Emancipatus. *Boër. Decis. 304. n. 3.*

X. (2.) *Domino, Servum. l. un. C. de emend. Serv. l. ex facto. 35. §. verum. 3. vers. proinde. ff. de hered. instit. Farinac. d. q. 27. n. 27. P. Theod. Coll. Crim. disp. 5. tb. 4. lit. H.*

XI. (3.) *Marito & Patri* adulterum cum Uxore five filia comperum testandæ rei causa. *l. capite 25 ff. ad l. Jul de Adult. Farinac. d. q. 27. n. 22. v. juxta terminos. & n. 24. v. Et certè textus P. Gregor. synt. Jur. Univ. d. c. 33. n. 2.*

XII. (4.) *Marito Uxorem. Farin. d. q. 27. n. 26. P. Theodor. d. tb. 4. lit. H.*

XIII. (5.) *Abbati Monachum, Boër. decis. 275. n. 2. & n. 3. & decis. 304. n. 3. Farin. d. q. 27. n. 28. P. Theodor. d. lit. H.*

XIV. (6.) *Consanguinis Furiosum l. congruit. 13. 13. §. furiosis. 1. ibi: per necessarios contineri. ff. de Off. Presid. Boër. d. decis. 275. n. 3. Farin. d. q. 27. n. 19. P. Theod. d. lit. H.*

XV. (7.) *Domino vel Vicino Furem. l. si quis 7. §. sed Celsus. 2. & seq. ff. de Furt. l. itaq. 4. §. lex. 1. ff. ad L. Aquil. P. Theod. d. lit. H.*

XVI. (8.) *Includenti Meretricem libidinis causa. Nevizant. in Sylv. Nupt. lib. 4. n. 46. Mejer. Colleg. Argent. lib. 48. tit. 3. n. 7. Farin. d. q. 27. n. 31. Siquidè finis & affectus distinguit maleficia. P. Theod. d. lit. H.*

A 3

XVII.

XVII. (9.) *Creditori, debitorem de fuga suspectum. arg. l. ait. prætor. 10 § si debitorem 16. ff. quæ in fraud. Cred. Gothofr. ibid. lit. X. l. generali. 54. ibi: in eundem manus injectione concessa. C. de Decurionib. Nov. Aug. p. 2. c. 21. §. abermann. Boër decis. 275. n. 3. Farin. d. q. 27. n. 21. P. Gregor. d. c. 33. n. 15. Gail. 2. obs. 44. n. 1. & seqq. P. Theod. d. l. t. H. Quod originem habet ex L. XII. tabb. si calvitur pedemq; struit, manum endojacito. Cujac. ad l. extat 13. ff. quod met. ca. & lib. 16. obs. 19. P. Gregor. d. n. 15.*

XVIII. (10.) *Unicuiq; facinorûm. l. quoniam 1. C. de falsa monet. l. interdum 56. §. qui furem 1. ff. de Furt. Caccialup. de debit. susp. q. 4. pr. n. 9. & 9. Farin. d. q. 27. n. 21. & 23. Præsertim in flagranti crimine deprehensum l. capite 25. ff. ad l. Jul. de Adult. l. nec timorem 7. §. proinde. 1. ff. quod met. ca. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 9. n. 3. Farin. d. tr. Crim. lib. 1. tit. 3. q. 21. n. 138. & seq.*

XIX. (11.) *Si alicui interdicator, nemo domo sua procedat, secundû l. potest. 9. ff. de Interdict. propria domus alicuj9 privaticarcer esse P. Gregor. d. c. 33. n. 2. Hocq; & simili casu, (puta, cum alicui Diversorium, Palatium, Curia, tota Urbs pro Carcere, à discreto Judice, observata personæ dignitate, designatur) in carcere quis esse dici potest: Juxta Anton. de Gamma decis. Lusitan. 318. in fin. pr. Hering. de Fidejuss. c. 10. n. 170. Coler. de process. exec. p. 1. c. 6. n. 112. & cap. 7. n. 11. & seqq. per rationem ibid. n. 12. & p. 2. c. 3. n. 177. & seqq.*

XX. *Privatæ igitur Personæ (1.) si Captura omninò illicita est, indifferenter sola inclusione in poenam Privati carceris incidunt. arg. d. l. 1. C. de priv. Carcer. & l. 1. C. de Cohort. (2.) si vero fiat ex precedenti causa LL. approbata, dicitur Captura exerceri sine fraude, in d. l. capite 25. pr. C. ad L. Jul. de Adult. id est, sine poena LL. statuta, juxta l. cum a. 23. §. excipitur. 2. ff. de Ædilit. Edict. & l. 1. in fin. pr. ff. ad L. Falcid. Duar. ad tit. ff. ad L. Falcid. cap. 7. prope fin. & 2. Diss. 10. post pr. (Diss. Moll. ad Constit. Elect. p. 1. c. 31. n. 7. Caccialup. de debit. susp. q. 12. pr. n. 2.) Modò non duret ultra XX. horas. Alioquin diutius eo etiã casu detinens, nec magistratui custodiendum tradens (cujus intuitu hujusmodi privata detentio jure concessa est arg. d. l. 35. pr. ff. ad L. Jul. de adult. Farin. d. q. 27. n. 22. Caccialup. de debitor. susp. q. 12. in fin. Coler.*

Coler. de processu. exec. p. 1. c. 3. n. 111. & seqq.) æquè privati Carceris
Crimini fit obnoxius. *d. l. capite 25. pr.* arg. à contrario sensu. Leges
quippe intra tempus tantum retentionem indulgentes post illud cla-
psum vetare videntur. *l. cum lex. 22. ff. de LL. Farin. d. q. 27. n. 31. & 12.*
& seqq. Clar. prax. Crim. § fin. q. 63. n. 32. P. Theodor. Colleg. Crim. d. sp.
5. tb. 4. lit. H. Quod tamen rectè limitatur in Patre, Præceptore,
Domino, Abbate, marito, consanguineis correctionis & custodiae
causa siq. dictas personas includentes: Quibus ultra viginti quoque
horas suos detinere, citra privati carceris pœnam, licet. *arg. d. l. 3. & l.*
4. C. de patr. pot. d. l. 35. § 3. ff. de hered. instit. Farinac. d. q. 17. n. 27.
Quia istæ personæ, post lapsum viginti horarum spatium, non tenen-
tur ut cæteræ captos præsentare Judici. *arg. d. l. 3. & 4. & d. l. 35. § 3.*
Bœr. decis. 275. n. 4.

XXI. Pœna autem privati Carceris est *lesa Majestatis*, adeoq; Ca-
pitalis, *d. l. 1. C. de priv. carc.* Et quidem Gladii *l. 5. C. ad l. Jul. Maj.*
(*Diss. allegati à Farinac. d. q. 27. n. 35.*) non solum in eos, qui eundem
exercuerunt, sed & in Magistratus, conniventes, nec decenti severita-
te coërcentes. *d. l. 1. Farin. d. q. 27. n. 9.* Quem tamen Juris rigorem
communis *observantia* temperavit, & *arbitrariam pœnam* induxit.
Jul. Clar. in pr. Crim. § fin. q. 68. n. 32. Farinac. d. q. 27. n. 35. P. Theodor.
Coll. Crim. d. disp. 5. tb. 4. lit. H.

Hactenus de *Causa Efficiente Primaria*; sequitur de *Secundaria* sive *Impulsiva*.

XXII. Judex ad Carcerationem procedere quandoq; potest ex
Civili, quandoq; ex *Criminali causa*, In *Civilibus* nemo regulariter in-
cacerari potest. *l. 1. & fin. C. qui bon. ced. poss. l. nemo 2. C. de exact. tri.*
but. Nov. 4. c. quod autem 3. Gail. 1. obs. 26. n. 1. Coler. decis. 135. n. 1. Ber-
lich p. 2. concl. 28. n. 1.

XXIII. Nisi (i.) Debitor FUGITIVUS vel de fuga suspectus. *arg. l. ait*
Prator. 10. § si debitorem 16. ff. quæ in fraud. cred. Mynsing. cent. 2. obs. 65.
n. 1. & seqq. Gail. 2. obs. 44. n. 1. & seq. Caccialup. de debit. susp. q. 4. n. 5. &
seqq. Bertich part. 2. concl. 27. n. 29. & 30. ubi quis de fuga suspectus di-
ci possit, Et concl. 28. n. 5.

XXIV.

tum secun-
daria, sive
Impulsiva.

XXIV. (2.) Debitor Fisci. l. sacrilegi. 9. §. cum eo. a. fin. ibi: corpus retinendo ff. ad L. Jul. peculat. Card. Tusch. tom. 1. pract. concl. lit. C. concl. 80. n. 10 A. Peregrin de Jure Fisci lib. 6. tit. 7.

XXV. (3.) Si in executione judicati, propter debitoris contumaciam, id ipsum Judex specialiter decreverit. l. si victum. 34. ff. de re jud. Pract. Papiens. in forma exec. sent. de fin. Gloss. Sapiens & egregius. n. 21. quo in casu. in vicem justæ obligationis succedere auctoritatem jubentis ait A. Fab in Cod. lib. 8. tit. 6. d. 7. n. 13.

XXVI. (4.) Debitor non solvendo existens, donec vel solvat, vel bonis cedat. Nov. 135. c. 1. ubi per cessionem bonorum remitti dicitur *ἡ τὸ σὺ μὲν ὁ δὲ πτωχία*. Hottom illust. quest. 26.

XXVII. (5.) Debitor, se ad carcerem in casu moræ obligans. l. quod & lex. 3. §. 3. & seqq. ff. de lib. hom. exhib. Novell. Aug. p. 2. c. 21. pr. Coler de Process. Exec. p. 1. c. 6. n. 20 & seqq. Ubi rationes & dubiorum solutiones. Myns 6. obs. 51. per tot Petr. Peck de Jure sistend. c. 5. n. 19 & seqq. (Dissent. alleg. à Berlich 2. concl. 27. n. 7.) Lieet de J. Sax. Provinciali sit mulier; si modò (1.) de privilegio suo fuerit certiorata, in propriis debitis. Et (2.) pro marito vel aliis intercedens insuper SCro Vellejano renuntiaverit. tex. in d. c. 21. §. ob dann wol. Tandemq; (3.) auctoritas & consensus Curatoris accedat. d. c. 31. ibi: beständig zuge sagt. & d. p. 2. c. 15. §. gleicher gestalt. Moller. ad d. c. 21. n. 9. Berlich. p. 2. concl. 16. n. 56 & concl. 27. n. 14. (Secus de J. Civ. & Sax. Communi. Hering. de Fidejuss. c. 17. n. 77. Dan. Moller. ad d. const. 21. n. 8. Coler. de process. exec. p. 1. c. 6. n. 109 & seqq.) Cujusmodi tamen pactum non obligat (1.) Heredes. etiamsi nominatim in instrumento heredum fieret mentio per rationes Moll. ad d. const. 21. n. 5. & Carpz. Jurispr. p. 2. c. 21. def. 10. (Diss. Berlich. 2. concl. 27. n. 15. per relatos ibid.) Neq; (2.) fidejussores sub hoc pacto, nisi Principali excusso non solvendo reperito. Hering. de Fidejuss. c. 20. §. 9. n. 57. Treutl. vol. 2. Disp. 28. th. 4. lit. F. (Diss. Bacchov. ad Treutl. d. lit. F.)

XXVIII. (6.) Olim Jure XII. tabb. debitores non dissolventes Creditoribus addicebantur: à quibus nervo vel compedibus vinciebantur; & postquam 60. dies in vinculis habiti, vel trans Tyberim venum ibant, vel si plures Creditores erant, in partes, si vellent, secari pote.

poterant 4. Gelli. lib. 20. c. 1. H. l. in Donell. enacl. lib. 27. c. 3. lit. Hb. Quæ
immanitas Imperatorum benignitate, debitorib. non modò vitam
servante, sed carceris etiam avertente molestiam bonorum cessione in-
troducã sublata est, l. 1. §. fin. C. qui bon. ced. poss. l. ob. as. 12. C. de obl. &
act. Nov. 135. c. 1. Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. f. p. 5. §. 7. n. 2.

XXIX. De 7. Sax. debitor, qui solvendo non est, à Judice Credi-
tori ad manus datur: qui eum in compedi, vel vinculis inclusum te-
neat, ejusq; servitiis tam diu utatur, donec operis suis vel aliã ratione
integrum debitum exsolvat *tex. in Landr. lib. 1. art. 39. ibiq; Gloss. n. 3. &*
4. Wetsh. art. 27. latè Coler. de process. exec. p. 1. c. 3. n. 160. & c. 6. n. 114.
& c. 7. n. 16.

XXX. Quæ 7. Sax. dispositio olim ubiq; locorum, & etiamnum
hodiè extra Provincias Electorales, ubi Jus Sax. observatur. Zang. de
Excep. p. 3. c. 1. n. 142. Coler. de process. Exec. ad. ll. Hering. de Fidejuss.
c. 6. n. 257. Imò in Hispania quoque in usu est: teste Parlad d. §. 7. n. 4.
Cumq; Jure divino concordare videtur; quando servum, qui solven-
do non erat, venundari jussit Christus, Matth. 18. v. 25. juxta P.
Theod. Coll. crim. disp. 10. th. 2. lit. B.

XXXI. Abrogata vero est hodiè in terris Electoratus Saxonici,
inq; ejus locum poena carceris Publici (des Schulthurms /) (unde à
traditione ad manus ad Carcerem publicum rectè infertur. arg. l. 1. §.
hec actio. 10. v. & ideo scævola ff. si is, qui testam. lib. esse juss. er. Berlich.
2. conc. 28. n. 32.) surrogata, per Nov. Aug. 22. p. 2. ubi Moll. n. 1. & seq.
Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. q. 110. n. 56. & seq. (I.) Tam in
Fidejussore non solvendo reperto quam in Principali decoctore. p. d.
const. 22. pr. ibi: oder vber vermögen sich in Bürgschafft einlassen/ Zörg.
außschreibung de anno 1583. tit. von denen welche mehr auffborgen/
denn sie zu bezahlen vermögen/ ibi: in mehr Schuld oder Bürgschafft.
l. si fidejussor. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. Hering. de Fidejuss. c. 1. n. 29. sub. fin.
c. 6. n. 265. & seq. c. 27. p. 1. n. 206. & seq. Ut & (II) utriusq; herede. l. un.
C. de act. & ab hered. & contraber. incip. Valent. Franc. de Fidejuss. c. 5.
n. 104. quamvis de eo in instrumento nulla facta fuerit mentio. Ber-
lich. 1. concl. 28. n. 18. Nisi sit (1.) heres cum beneficio legis & inventa-
rii, vel (2.) in foro Sax. ubi hæres supra vires hereditatis non tenetur.

B

l. Sci-

*l. Scimus 22. §. licentiam. 10. C. de Jure delib. Landr. lib. 1. art. 6. ubi
Gloss cum addit lit. a. Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 397.*

XXXII. (III) Tam in *advenis* & *forensibus*, quam in civibus & incolis; non tantum (1.) *Debitoribus*, *d. c. 21. pr. ibi: der in unsern Landen* gefessen oder sich darinnen enthilte / wer der auch were! Si modò & in his terris contraxerint & ibi inveniantur. per rationes adduct. à Coler. *de process. exec. p. 1. c. 3. n. 179 & seqq.* sed etiam (2.) *Creditoribus*. Coler. *d. c. 3. n. 195. & seqq.* si tamen (1.) in eo loco, ex quo oriundi sunt, Carcer publicus sit in usu; Vel (2.) literas reversales à suo Magistratu exhibeant, quod etiam in simili casu incolis harum Provinciarum simile jus eo loci administrari debeat, Text. in *P. v. S. D. cap. ult. §. fin. Berlich. 1. concl. 28. n. 28.*

XXXIII. Fallunt dicta. & Carceratio debitoris non habet locum, (1.) si debitor *bonis cedere* (quod plerisque Italiae in locis narium denuatione & percussione publica fieri testantur allegati à *Rosa in addit. ad Moll. comm. ad d. c. 22. lit. B*) velit, per dicta supra *tb. 26. & 28.* Etiam si (1.) statuto loci Carceratio debitoris non solventis, (etiam in foro Saxonico) introducta sit. *arg. l. precipimus. 32. in fin. C. de appellat. Gloss. lat. ad text. Germ. in Landr. lib. 3. art. 39. lit. D. Coler. de process. exec. p. 1. c. 6. n. 121.* Idem est si Creditor in foro etiam Sax. neglecta mancipatione incarcerationem, secundum jus commune, petat. Coler. *d. p. 1. c. 3. n. 164. & decis. 135. n. 9. & seqq. Jacob. Schult. ad Modest. Pist. q. 110. n. 52.* (Secus est (1.) de observantia Saxonum, qui non obstante Cessione, debitorem ad manus Creditoris petentis condemnant, teste *Berlich. p. 1. concl. 28. n. 25. ibiq. relatis.* Itemq; (2.) de J. Sax. provinciali; quod debitorem obæratum, non admissa Cessione, Carceri publico mancipat. *text. in d. const. 22. p. 2. in fin. pr. ibiq. Moller. n. 1.* Nisi Creditores in Cessionem semel consenserint. *d. const. 22. ibi: Dyne Bewilligung seiner Gläubiger.* tum amplius poenitere ipsis integrum non est *arg. l. sicut initio 5. C. de O. & A. Carpz. Jurispr. 1. c. 22. d. 1; per tot*) Vel (2.) etiam si pacto quis se ad Carcerem obligaverit *l. expressa non nocent. 195. ff. de R. J. Col. d. c. 6. n. 121.* Vel (3.) Cessioni renunciatum sit. Juxta communem, de qua testatur *Didac. Covarruv 2. varior. resol. c. 1. n. 7.* Ubi rationes; & Coler. *d. c. 6. n. 44. & 96* (*Diss. Berlich. ibiq. relati. p. 2. c. 28. n. 11.*) Ita tamen, ut debitor interim,

rim, donec cedat, carcere detineri possit. *Coler. d.l.* Quod utrumque;
(1.) in foro Sax. non attenditur. per text. *in d. const. 22. pr. ibi: vngeacht
oller Disputation. Coler. d.l. verb. Saltem de J. Civ.* Nec (2.) in Cri-
minalib; tum siquidem Reus à pœna corporali cedens bonis non libe-
ratur. *Jacob Schult. in addit. ad Coler. decis. 135. n. 21.*

XXXIV. (2.) Carceratio non habet locum, si debitum non est li-
quidum. *Berlich. 1. concl. 28. n. 5. 2. & seq. in tantum, ut si quis pro debi-
to partim liquido partim illiquido carceratus sit, captura in totum vi-
tietur. Berlich d.l. n. 5. 4. rationes vide apud Caccialup. de Deb. susp. q.
6. pr. n. f. Laurent. Kirchhoff. vol. 5. conf. 14. n. 15. n. 56. & seqq.*

XXXV. (3.) Si Excussio nondum præcellerit, & (1.) Principalis
debitoris. arg. l. à Divopio. 15. §. in venditione. 2. ibiq; *Bart. n. 6. ff. de re
Jud. Landr. lib. 3. art. 39. pr. ibi: der nicht gelten mag. Nov. Aug. p. 2. const.
22. pr. ibi: daß alle seine Haab vnd Güter / nach ergangener Hülff / ex-
ecution vnd Excussion, zur Bezahlung nicht zureichen. P. vnd S. D.
tit. 72. pr. ibi: Erstlich daß der Schuldner gnungsam executirt sey / vnd
sich so viel befünde / daß seine Güter zur Bezahlung nicht zureichen.
Et (2.) Fidejussoris. l. si plures. 27. §. præterea. 2. ff. de Fidejuss. *Moll. ad d.
const. 22. n. 4. & seqq. Berlich. 2. concl. 28. n. 56. & seqq.* Et si pacto quis se
ad carceres obligaverit: juxta communem, de qua testatur *Dan. Moll.
1. semest. 35. n. 1. secus de Jure Nov. Aug. p. 2. const. 21. pr. ibi: vngeacht
aber Disputationen. usq; nostrorum Judiciorum quotidiano. Moll.
d.l. n. 2. & seqq.**

XXXVI. (4.) Si Creditor Uxori & liberis debitoris non cautio-
nem idoneam præstet, de alimentando & non offendendo ad manus
sibi, juxta vetus Jus Sax. dato, sed restituendo ipso incolumi, recepta
satisfactione; quando vid. debitorē in aliū districtū abducere velit. Se-
cus (1.) Si eū sub ejusd. Judicis territorio distringeret. *Glossa in Wetts
bild art. 27. n. 15. Matth. Coler. decis. 135. n. 5. & de process. exec. p. 1. c. 3. n.
167. & seq. (2.) Si pacto se ad Carceres vel manus traditionē adstrin-
xisset *Moller. ad Const. Elect. p. 1. const. 21. n. 3. Hering. de Fidejuss. c. 6. n.
359 & seq. Berlich. 2. concl. 28. n. 64. (3.) Hodie in casu Carceris publici,
Moller. ad Nov. Aug. p. 2. c. 22. n. 10. Hering. de Fidei. d. c. 6. n. 264. Hoc n.
in casu nō opus est (1.) Ulla cautione de indemnitate; Quia in provin-**

ciis hisce non tam facile est metuenda Debitori adversa valetudo, vi-
 taq; vel corporis infigne aliquod detrimentum: Cum Carcer Publi-
 cus debeat esse tolerabilis & mediocris, non subterraneus & tenebri-
 cosus *d. const. Elect. 22. §. Es sol aber das Gefängniß.* Idq; in primis
 dubio caret, quando debitor se pacto spontaneo carceri adstrinxit.
Moll. 1. semest. 35. n. 4. & ad d. const. 22 n. 3. Hering de Fidejuss. c. 6. n. 259.
 Si tamen ægrotare incipiat, è Carcere dimitti debet, non ut tam sani-
 tati suæ consulat, quam ut curam animæ suæ agere possit, per *cap. non*
est satis. 14. dist. 86. Coler de process. Exec. p. 1. c. 6. n. 104. Quo tamen ca-
 su ægroto Custodes sunt adhibendi, ne, in eventum reconvalescentiæ
 vel morbi simulati, evadendi & subtrahendi sibi copiam arripiat, &
 sic Judex litem suam faciat. *Coler. d. l. Nec (2.) opus est cautione de*
alimentando debitor. Nam in turrim publicum coniecto à Credi-
 toribus alimenta non subministrantur, sed si in Executione & Ex-
 cussione bonorum à Creditoribus nihil de hisce constitutum fuerit,
 ipsimet Debitori, unde & qua ratione illa consecutus sit, cogitan-
 dum *d. Const. Elect. 22. §. Es sol aber verb. Wann aber von den Gläu-*
bigern. Ubi Moller. n. 7. Vel ex Eleemosynis sustentandus est. *P. v. G.*
Dit. 52. §. So viel aber Coler. d. c. 6. n. 108. Quod fallit (1.) de *J. Civ.*
l. si victum. 34. ff. de re jud. (2.) de J. Sax. veteri, Landr. lib. 3. art. 39. pr.
ibi: den sol er halten gleich seinem Besinde an Speiß vnd mit Arbeit.
Welchb. art. 27. p. pr. Coler. decis. 135. n. 5. & de process. exec. p. 1. c. 6. n.
103. Köppen. decis. 29. n. 25. (3.) etiam in eo casu Turris publici, quan-
 do nim. Eleemosynæ ad famis sublevationem non sufficiunt: Alio-
 quin, ne fame pereat, ex carcere à Judice impune relaxatur. *Moll. lib.*
1. semest. 36. n. 2. Col. d. c. 6. n. 107. Hos tamen sumtus donec restituat de-
 bitor, è Carcere, post factam debiti solutionem, non dimittitur. *Co-*
ler. d. decis. 281. n. 4. (4.) in incarceratis proprio Judicis motu ob Cri-
 men vel debitum Reip.; Quibus, si non habent, unde semetipsos a-
 lant, (ad quod aliàs tenebantur *Coler. decis. 281. n. 1.*) victus ex publico
 ministrandus est. *l. judices 9. ibi: victualem substantiam non haben-*
tibus faciant ministrari. C. de Episc. aud. Boër. decis. 303. n. 2. Coler. de
process. exec. d. c. 6. n. 105. & seq.

XXXVII. (5.) Si debitum est modicum & exiguum. *arg. l. scio il-*
lud. 4.

lud 4. ff. de in integr. restit. Boër decis 349. n. 9. P. Peck. de J. sistend. c. 5. n. 14. Johann. Köppen. decis 29. n. 23.

XXXVIII. (6) Si creditor sciverit, debitorem tempore contractus non esse solvendo vel aliter suspectum. arg. l. ab arbitrio 10. § qui ex ca. 1. ff. qui satisd. cog. Gail. 2. obs. 23. n. 6. sub fin. Baptist. Caccialup. de Deb. susp. q. 6. n. 1. & seqq Köppen. d. decis. 29. n. 17. & seqq.

XXXIX. (7.) Si Debitor absq; sua culpa, aliquo Fortuna vitio, puta; Incendio, Ruina, Nanfragio, Furtis, Rapinis, sterilitate agrorum, & simili casu ad inopiam redactus fuisset, per tex. in Nov. Aug. p. 2. c. 22. §. Wir behalten uns aber zc. Torgauisch aufschr. de anno 1583. tit. von denen welche mehr auffborgen. P. v. S. D. tit. 52. pr. verb zum andern. Moll. ad d. c. 22. n. 8. Interim tamen hoc in casu debitor de solutione facienda, si ad pingviorem fortunam pervenerit, cavere tenetur. per text. in c. Odoardus. 3. de solut. Berl. 2. c. 28. n. 50.

XL. (8.) Si Creditores poenam Carceris decoctoribus remittant. l. pen. C. de pact. d. Const. 22. pr. verb. und er möchte bey seinen Gläubigern keine Nachlassung erlangen / berührte gläubiger weren auch vff andere Wege nicht zu behandeln. Nec enim invitis Creditoribus debitores sunt detinendi vel relaxandi: Nisi Judex litem suam facere & ad interesse conveniri velit. Coler. decis. 135. n. 13. & de process. exec. p. 1. c. 2. n. 117. & c. 3. n. 166.

XLI. (9) Si debitor privilegio à Carcere immunis sit. De quo disp. seqq.

XLII. Ut in Causis civilibus, (quemadmodum haftenus vidimus,) ita & in Criminalibus regulariter ad Carcerationem Judex se moveri non patiatur: Nisi (1.) in Criminibus, pro quibus irrogatur ultimum supplicium, vel poena corporis afflictæ. l. Divus Pius. 3. ff. de Cust. Reor. l. si quis 2. C. eod. Jul. Clar. lib. 5. sect. §. ult. q. 28. n. 1. P. Theodor. Coll. Crim. Disp. 4. tb. 10. lit. B. (Disp. Farin. prax. crim. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 39.) Unde ob Crimen leve, vel etiam si adsint innocentiae argumenta, Reus vel militibus traditur Custodiendus vel Fidejussoribus committitur: quandoq; etiam, si personæ qualitas svadeat, suæ promissioni nudæ, de judicio sisti, relinquitur. l. 1. ff. de Custod. Reor. Bocer. Claß. 6. Disp. 38. tb. 54. P. Theodor. d. tb. 10. lit. B.

B 3

XLIII

XLIII. Quod limitatur (1.) si delinquens sit Persona vilis aut vagabunda, quæ nec immobilia possidet, nec quicquam in bonis habet, quæ aliorum commigrando poenam facile effugere & iudicium elusorium reddere posset. *Carpz. q. 111. n. 10. & seq. in prax. Crim.*

XLIV. Limit. (2.) Si res dubia est, num corporis afflictiva, aut mitior aliqua poena infligenda veniat, puta: si vulneratus nondum reconvalescit, & Chirurghi de reconvalescentia dubitent: Vel si tale sit commissum delictum, cuius coercitio arbitraria est, & ad poenam corporalem extendi potest. *Carpz. d. q. 111. n. 12. & 13.*

XLV. Antequam vero ad incarcerationem deveniatur ob delictum debet (1.) Constare de Corpore delicti: *tex. in l. 1. §. item illud. 24. & l. necessarios. 5. §. non alias. 2. ff. ad SC. Syllan. Gomes. tom. 3. var. c. 9. pr. (2.) Præcedere vel Confessio. l. si confessus. 5. ff. de Cust. reor. vel convictio. l. 2. C. de exh. reis. P. Theod. d. disp. 4. th. 10. tit. B. vel legitima & sufficientia Indicia. arg. l. fin. C. de exh. reis. Ordin. Crim. Car. V. art. 6. pr. & art. 11. pr. ibiq. Matth. Steph. in not. n. 1. & 3. art. 218. vers. Item daß durch die Obrigkeit. Facit Ordin. Polit. Elect. Sax. de anno 1612. tit. von Justitien Sachen n. 5. verb. vnd wann darauff redliche Anzeigen vnd Vermuthungen / wider den Beschuldigten vorhanden. Angel. de Malefic. verb. Quod fama publica n. 4. Roland. à Valle vol. 3. conf. 17. n. 2. Quam opinionem non modo communem, sed & æquiorrem appellat *Farin. d. q. 27. n. 116. Fachin. lib. 9. Controv. c. 55. P. Theod. d. th. 10. pr.* Etiam in criminibus exceptis & atrocissimis, ut læsæ Majestatis. *Gloss. in l. si quis. 3. verb. convictus. C. ad L. Jul. Majest. Roland. d. conf. 17. n. 3. talibusq;*, quorum nulla remanent vestigia. *Fichard lib. 2. conf. 108. Roland. d. conf. 17. n. 3.* Secus Carceratio facta, ob ordinem à Jure præscriptum non servatum, nulla omnino redditur, & carceratus ante omnia, sine ulla impensa, relaxari debet. *Matth. Steph. d. n. 3. Roland. d. n. 3. Diss. Boss. in prax. crim. lib. 5. §. ult. q. 28. n. 2. & relati à Farin. d. q. 27. n. 112. & seqq.**

XLVI. Quæ vero indicia ad incarcerationem sufficiant, vel non, arbitrio Judicis relinquitur. *l. 1. ff. de Cust. reor. Ordin. Crim. Car. V. art. 18. Jul. Clar. d. q. 28. n. 2. Far. d. q. 27. n. 126. Matth. Steph. ad art. 6. d. ordin. Crim. n. 5. Fachin. lib. 9. controv. c. 56. Carpz. d. q. 111. n. 23. & 24. Qui*

ea, secundum delicti & personarum qualitates, temperabit, ita ut in occultis & gravibus criminibus contra viles, item pauperes & malae famae personas facilius & levioribus indiciis praecedentibus capturam decernat, quam in levibus & manifestis delictis, & quam contra Personas in dignitate constitutas & integre famae. *Clar. d. q. 28. n. 2. Far. d. q. 27. n. 126. P. Theod. d. disp. 4. tb. 10. lit. A.*

XLVII. Non ergo sufficit (1.) *Sola partis querela. Farin. de q. 27. n. 122. Fachin. d. contr. 55.* Licet ea cautionem indemnitatei iudici prestare velit. *Carpz. d. q. 111. n. 29. & 30.* Nisi alia quaedam Conjectura aliudve indicium vel suspicio de fuga concurrat: Praesertim si accusatus sit homo vilis conditionis *Farin. d. q. 27. n. 121. & n. 128. Carpz. d. l. n. 31.*

XLVIII. Nec (2.) nuda sufficit *Socii Criminis inculpatio. Gom. tom 3. var. c. 12. n. 16. Ernest. Cothman. vol. 3. resp. 30. n. 133.*

XLIX. In hisce tamen casibus & aliis levibus praesumptionibus occurrentibus licitum Iudici Prudentisq; est, per ministrum iudicii sive Officiale verbaliter Reum, praesertim, si vilis sit persona, citare, ac de Crimine interrogare: Unde sapissimè fit, ut Reus vel non comparendo vel variando aut titubando in responsione magis se suspectum reddat, fortioraq; indicia praebet, ex quibus postmodum ad incarcerationem tuto deveniri potest. *arg. l. de minore. 10. §. plurimum §. ff. de susp. tutor. Carpz. d. l. n. 28.*

L. Inter alia vero Indicia sufficientia numeratur rectè (1.) *Diffamatio* vulgo facta. *c. nolo 10. ca. 12. q. 1. P. Gregor. syntag. Jur. lib. 31. c. 33. n. 18. Roland. d. cons. 17. n. 10.* Quae facit id Credere, quod fortè non est, & dicitur facere de albo nigrum. *Cavalcan. de Brach. Reg. p. 3. n. 80.* (2.) Fuga, sive Vera sive praesumpta. *Far. d. q. 27. n. 131. Rosbach. in Pract. Crim. tit. 1. c. 13. n. 1. P. Theod. Coll. Crim. Disp. 9. tb. 9. lit. H.* Unde fit, ut Officiales à Magistratu ablegentur ad Capiendum Delinquentem fugitivum, ubicunq; locorum ipsum deprehendant; permissu tamen & autoritate Iudicis territorii illius, in quo deprehenditur. In quem finem *Litterae Incarcerationis* Patentes. (offene steck Briefe) ipsis traduntur, quibus & permissio & auxilium Magistratus cujusq; loci desuper imploratur. *Carpz. d. l. n. 6. & 37.*

LI. Ju-

LI. Judex autem injustè aliquem carcerans regulariter non tene-
tur injuriarum. *l. injuriar. 13. §. is qui jure. 1. & §. quæ jure. 6. ff. de injur*
l. quod Reip. 33. ff. eod. sed in syndicato, puniturq; Syndicatorum arbi-
trio pro facti & personarum qualitate. Paris de puteo tr. de synd verb.
Captura cap. 2. n. 5. Farin. d. q. 27. n. 137. & 141. Fachin. lib. 9. contr. cap.
57. Carpz. d. q. III. n. 68. & seqq. Nisi (1.) animo injuriandi hoc fecisse
proberur l. nec magistratus 32. ibi: per injuriam ff. eod. Farin. d. q. 27. n.
137. Fachin. 9. Controvers. c. 57. Hartm. Hartm. 2. pract. observ. tit. 50. ob-
serv. 4. n. 12. (Diss. relati à Farin. d. q. 27. n. 135.) Ubi injuriar. conveniri
potest intra anni spatium per tradita Raubbar. p. 1. q. 48. per tot. Quod
& (2.) locum habet, si Judex, cognita innocentia in carcere aliquem
diutius detinuerit Berl. p. 2. concl. 28. n. 86. P. Theod. d. disp. 4. th. II. lit.
A. Ultraq; pœnam ordinariam utraq; in actione tenetur etiam ad da-
mna & interesse. Paris de Puteo. d. c. 2. n. 7. Farin. d. q. 27. n. 142. Carpz.
d. q. III. n. 70.

LII. De J. Sax. Ordinaria pœna injustæ carcerationis est 30. soli-
dorum (qui 40. grossos misnenses efficiunt *Coler. Decis. 161. n. 69.*) per
singulos dies. *Landr. lib. 2. art. 34. pr. Junct. art. 45. lib. 3. eod. verb. den*
Schöppenbaren. König in Process. c. 120. n. 2. Coler. de Process. Exec. p.
2. c. 3. n. 156. & decis. 164. n. 2. Ad quor. exsolutionem, imò & alimento-
rum præstationem, non solum Judex, sed & Privatus, ad cujus instan-
tiam decreta fuit Carceratio, tenetur. VVesemb. ff. de Cust. reor. in fin.
Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 156. & d. decis. 164. n. 3. P. Theod. d. disp.
4. th. II. lit. C. Carpz. d. q. III. n. 76.

LIII. Si igitur in foro Sax. non hæc, sed alia Juris Communis
pœna petita fuerit, conventus hoc casu absolvendus est. Quia Judex
Reum nec (1.) in multam *J. Civ.* condemnare potest, cum ea sublata
sit per statutum, cujus saltem pœnam etiam sequi & exequi Judex te-
netur. *Bl. in l. non. novum. 12. ff. de LL.* Nec etiam (2.) in multam *Sax.*
cum non sit deducta in judicium. Ultra id siquidem, quod in judi-
cium deductum est, potestas Judicis excedere non potest. *l. ut fundus*
18. ff. comm. div. l. 20. & 21. ff. de excep. rei jud. & ibi: Dd. Fachs. conf. 3.
93. P. Theod. d. th. II. lit. C.

LIV. Ejusmodi vero pœnas ut evitent Judices, non solent carcere
di-

districtos dimittere priusq; Juramentum de non Vindicando Carce-
 (vulgo *Urphedam*) præstitierint. Quo certè casu Rei adversus Ma-
 gistratum experiri nequeunt, anteq; absolutionem à Juramento, ad
 effectum modò agendi obtinuerint. *Nov. Aug. p. 2. c. 36. Magnif. Dn.*
Ordin. Finckelthaus. obs. pract. 9. n. 7. Quæ etiam facilè, etiam non ci-
 tata & inaudita parte (*Diss. Gail. 1. obs. 22 n. 3.*) cuilibet petenti datur.
A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 15. def. 1. n. 11. Bernh. Græven. lib. 1. obs. 22. confid.
1. n. 3. Fachin. lib. 1. conf. 77. per t. Idq; in aula Electorali Sax. sic obser-
 vari testatur *Moll. ad. const. Elect. 36. p. 2. n. 8. & Magnif. Dn. Ordinar. d.*
obs. 9. per tot. Si modò ex actis constet, actorem gravatum esse, ipsiq;
 actionem competere: aliàs secus. arg. *l. hæc stipulatio. 14 §. Divus. 1. ff.*
ut legator. seu fideicommiss. 6a. l. ad probationem. 21. C. de probat. Gail. 1.
obs. 22. n. 4. Moll. d. n. 8. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 6. def. 15. n. 6. Magnifi.
Dn. Ordinar. Finckelthaus. obs. pract. 9. n. 14. & seqq.

LV. Non tamen opus est Relaxatione ad effectum agendi, si Reus
 tantummodò de non vindicando carcere, sed non etiam de non ex-
 periundo eo nomine in jure, i. e. neq; de factò neq; de Jure aliquid
 contra formulam Juramenti attentando juravit. Siquidem hoc casu
 ad vindictam legitimam Urpheda extendi non debet. arg. *l. ult. C. de*
non num. pec. c. veniens. 16. de Jurejur. Ordin. Crim. Caroli V. art. 20. §.
Es sol auch. ibiq; Matth. Stephani. n. 5. Gail d. obs. 22. n. 5. & seqq. Ma-
gnif. Dn. Ordinar. Finckelthaus. Observ. pract. 9. n. 5. & seqq. Ubi de
 modo procedendi in absolutione ejusmodi ex Professo agit.

Corollaria.

Q. (1.) Ex J. Civ. An in summario Possessorio
 credatur testibus injuratis? Negat.

Quia (1.) Regulæ in *l. Jusjurandi. 9. C. de testib; & c. fra-*
ternitatis. 17. X eod. tutissimum est inhærere; cum non in
 contrarium appareat dispositio specialis. arg. *l. prævarica-*
tionis. 3. §. fin. ff. de prævaric. Schurff. cent. 1. conf. 81. n. 3. & 4.

C

(2.) In

(2.) In Juramento omnis vis depositionis consistit. *Gail. 1. obs. 101.* Utpote quod cujuscunque testimonii substantialis qualitas est, *Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1362. n. 3.* Unde & Judici ut Judici producti testes dici non possunt, nisi juraverint. *P. Heig. p. 2. q. 4. n. 32.*

(3.) Possessio in Judicio etiam summarissimo magni est præjudicii. *l. in heredem 5. §. ibi. melior causa erit possidentis. ff. de calumn. l. plurib. 32. ibi: occupantis melior conditio. ff. de procurat. & simil. Parlad. rer. quot. c. 6. n. 1. & seqq.*

(4.) Ita in Curia Electorali suprema Lips. pronunciari testatur Magnificus Dominus Ordinarius Finckelthaus *obs. pract. 32. n. 29. & seqq.* (Dissent. *Carpz. in Jurispr. forensi p. 2. c. 7. def. 15.*)

Q. 2. Ex J. Sax. An contractus mulieris valeat absq; Curatore, si præsentibus fuerint propinqui & agnati mulieris?

Negat. Si propter præsentia Curatoris defectum mulier se gravatam ostendat.

(1.) Per text. *p. 2. const. Elect. 15. §. gleicher gestalt &c.*

(2.) Quia in d. const. consensus Curatoris ad contractum mulieris de forma & substantiali solennitate requiritur. *Rauch. p. 1. q. 32. n. 43.* Præter enim & contra Juris communis dispositionem is inductus, adeoq; de forma substantiali est. *Berl. 2. concl. 17. n. 103.* Quare omisso eo, contractus mulieris ipso jure nullus est. *d. const. 15. d. gleicher gestalt. ibi: vnschädlich vnd vnnachtheilig seyn. Moller. ibid. n. 89. Coler. p. 1. decis. 67. n. 21.* Forma enim ad unguem est observanda, ita ut ei nihil addi vel detrahi debeat. *arg. l. 1. §. opus novum. 11. ff. de oper. nov. nunciat.*

(3.) Se-

(3.) Seren. Elect. Regulæ huic apponit in *d. const. 15.*
Exceptiones. Exceptio verò confirmat regulam in casibus
non exceptuatis. *l. nam quod liquida. 4. §. fin. ff. de pen. leg. Phi-*
lipp. Dec. ad l. 1. ff. de reg. Jur. n. 30. (Dissent. *Carpz. Jurispr.*
forensi. p. 2. c. 15. d. 18.)

Q. 3. ex J. Feud. An Dominus Feudi testes Jurisdi-
dictioni Vasalli subjectos absq; subsidio evo-
care possit? Aff.

Quia (1.) sicut summus Princeps evocare potest testes ex
qualibet provincia etiam immediatè. *l. sed & si. 26. §. fin. ibi:*
in urbè vel ad principem. ff. ex quib. cau. maj. Ita & inferior-
es Principes. *Coler. de process. exec. p. 3. c. 7. n. 36.* Cum his
in suis Provinciis & ditionibus tantum liceat, quantum Im-
peratori in terris Imperii; ac non minus, quam Imperator,
supremam vel regalem Jurisdictionem Juraq; superiorita-
tis, die *Landsfürstliche Oberboimässigkeit*/ intra territorii sui
fines habeant; regalibus item ac reservatis Imperialibus u-
tantur, fruuntur. *P. Heig. p. 2. q. 40. n. 25. Rauchbar. p. 1. q. 13.*
n. 12. Zanger. de except. p. 2. q. 40. n. 25. Matth. Sephan. de Ju-
risd. lib. 2. c. 7. n. 381. & seqq. Modest. Pist. p. 2. q. 53.


(2.) Hanc affirm. amplexa est Curia Elect. Lips. anno
1627. term. Lucix in causa J. P. Br. cont. A A. *Stammen.* Et
in causa *Otto Hacken.* Cont. *S. Hellen.* (Dissent. *Carpz.*
def. foren. p. 1. c. 16. d. 29. Junct. p. 1. c. 2. d. 27. It. in
prax. crim. p. 3. q. 109. n. 94.)


F I N I S.

X2615937

V. 17







B.I.G.

Farbkarte #13



1640,2

14

RIDICA 3

IBUS,

missu

narii, amplif-

vorum Consultissi-
tæ Facultatis Juri-

VERSITATE

Facultate consequen-
ti subjicit

PPPI, D. J. U.

i Paulini,

rri
meridianis,

LANCKISCH.

